



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

1. De Euangeliō Dominicæ: De 7. Panibus Mar. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

sicque implendum illud sibi à Patre  
promissum, & per Isaiam prædictum :  
*Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitan-*  
*das tribus Iacob, & faces Israel conuerteren-*  
*das. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis*  
*salus mea usque ad extremum terra. Af-*  
*fectus ijdem.*

De Timoris Dei	natura, conditio- nibus, & funda- mentis.	5. p.medit.	VI.
De actibus Timo- ris Dei, & inci- tamentis.			VII.

7. Hebd.

Dominica VII. Post Trinitatem. post  
Trinit.

De septem Panibus. Marc. 8. I.

I. C Onuocatis discipulis ait Iesus :  
*Misereor super turbam, quia ecce*  
*iam triduo sustinent me, nec habent, quod*  
*manducent : & se dimiserunt eos ieiunos in*  
*domum suam, deficient in via. Si miseri-*  
*cors & miserator Dominus tam solli-*  
*citus est de auertenda fame corporali*  
*ab ijs, qui se triduo fuerant secuti:*  
*quanto solicitor erit de propulsanda*  
*fame spirituali ab ijs, qui tota vita*  
*illi adhærere medullitus concupis-*  
*cunt?*

cunt? si tam paternè illis tam extraordi-  
nariam prouidit refectionem cor-  
poralem; quantò magis his prouide-  
bit spiritualem? Fiducia, gratitudo,  
amor.

**II.** Seprem panibus & paucis pisci-  
culis per discipulos distributis, pauis  
in solitudine quatuor millia hominū.  
Magna illa fuit charitas & liberalitas  
Christi, ventres illorum septem pani-  
bus reficientis; at quantò maior eius-  
dem mentes fidelium seruorum suorum  
septem Sacramentorum participatio-  
ne reficientis; septem donorum spiri-  
tus Sancti communicatione saginan-  
tis; septem misericordiarum (quas ex  
D. Ber. allatas, vide 2. p meditat. heb-  
dom. 60. med. 5.) aliorumque gratia  
auxiliorum, & diuinorum solitorum  
impertitione refocillantis! quibus nisi  
identidem in deserto huius mundi  
reficeremur, omnes deficeremus, ut  
iure exclamemus: *Misericordia Domini,*  
*quia non sumus consumpti, quia non de-*  
*cerunt miserationes eius.* Gratitudo, a-  
mor, feruor bene videnti charismatis  
communicatis.

**Thre. 3.**

**III.** Et manducauerunt, & saturati sunt:  
& sustulerunt quod supererat de fragmen-  
tis septem sportas. Quanto stupore at-  
toniti

zoniti sincerè ei gratias egerint ? tam potentem , amabilem , & liberalem dominum suspicerint , quam ardenter amarint , quam ægrè se ab eo diuelli perimiserint ? Q quanto interim Christus ipse gaudio exultarit , in his præuidens tam multos sinceros seruos olim per se suosque vicarios non solum verbo veritatis pascendos , sed pane vita saginandos , à quibus totis præcordiorum affectibus esset amandus & glorificandus ! Gratitudo , amor , zelus gloriæ Dei .

*De vocatione Apostolorum generatim. II.*

I. **E**xpende , quis , quos , & quales , unde , & quod , seu ad quid vocarit : videlicet , quo pacto Filius Dei , Dominus vniuersorum , in cuius ditione cuncta sunt posita , qui nouit corda omnium filiorum hominum , elegerit homines adeò rudes , simplices & abiectos , quoad dona naturæ , gratiæ , fortunæ , ex miserabili ærumnosæ vite conditione ad statum tam sublimem Apostolicæ dignitatis .

Quam mira illa dignatio Saluatoris , pescatores , telonarios , coram modo despectos , in testes suorum operum